

Friedrich Wilhelm Dresde

**Friderici Gvilielmi Dresdii ... Prolsio De Vsv Pentatevchi Samaritani A Kennicotto Emendativs Descripti  
Ad Ivdicandam Et Emendandam Pentatevchi Hebraici Receptam Lectionem Ad Exemplvm Geneseos  
XLIX**

**[1] : Ad Indicendam Orationem Solennem In Memoriam Beneficii Marpergeriani D.  
XXX. Maii MDCCCLXXXIII : In Avditorio Maiori Recitandam Pvbllico nomine  
Proposita**

Vitebergae: Dürr, [1783]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82379380X>

Band (Druck)

Freier



Zugang






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn82379380X/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82379380X/phys_0001)

DFG

Fc-1419. 1-12









FRIDERICI GVLIELMI DRESDII  
THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD. ALVMN. ELECT. EPHOR.  
SVIQVE ORD. H. T. DECANI

P R O L V S I O  
D E

VSV PENTATEVCHI SAMARITANI

A KENNICOTTO EMENDATIVS DESCRIPTI  
AD IVDICANDAM ET EMENDANDAM PENTATEVCHI  
HEBRAICI RECEPTAM LECTIONEM

AD EXEMPLVM GENESEOS XLIX

A D I N D I C E N D A M  
O R A T I O N E M S O L E N N E M

I N M E M O R I A M  
B E N E F I C I I M A R P E R G E R I A N I

D. XXX. MAIi CCCCCCLXXXIII

I N A V D I T O R I O M A I O R I R E C I T A N D A M  
P U B L I C O N O M I N E P R O P O S I T A

---

V I T E B E R G A E

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL.

ERIDITICI GALLICIS DILECTI  
TERRA TERRA TERRA TERRA TERRA TERRA TERRA TERRA

O I V E O A

B

LAETATIENS MARITIMA VAS

LAETATIENS MARITIMA VAS

LAETATIENS MARITIMA VAS

LAETATIENS MARITIMA VAS



LAETATIENS MARITIMA VAS

In tanta lectionis varietate, quam nuper Kennicottus miro conatu, nec minus miro successu, ex codicibus, vbiue locorum ac gentium excussis, non Hebraicis solum in vniuersos libros Hebraicos, veram etiam Samaritanis in Pentateuchum, fine delectu concessit, et duobus tomis in forma maxima Oxonii annis LXXVI, et LXXX, labentis huius seculi in lucem edidit, nihil potius optandum est, quam vt nunc, tantis paratis opibus, viri eruditи existant, qui verum earum usum, qui sane multiplex est, et diligentibus sacrarum literarum interpretibus in dies vberior continget, eruant, et ex tanta tamque diffusa variarum lectionum copia eas potissimum feligant, quae siue propter codicium auctoritatem, siue propter priuatam bonam indelem, alicuius ad rem momenti, nec indignae sunt, quae vel comparantur cum recepta textus Hebraici lectione, vel etiam eidem paeferantur. Quae res in reliquis libris Hebraicis maiorem, quam in Pentateuchō, difficultatem habet, propterea quod non nisi in Pentateuchum, paefer receptum textum Hebraicum, textu gaudemus alio, vt antiquissimo et incorruptissimo, ita et in reliquis prae ceteris apto, quo cum lectio Hebraicorum codicium, quorum nullus multum aetatis habet, tuto et cum fructu conferri possit; Samaritanum puto, qui in plerisque alicuius ponderis lectionibus ipsam LXX Interpretum acetatem superat, nec propter ingens et constans Samaritarum aduersus Iudeos odium refungi vñquam potuit ad receptam a Iudeis lectionem, in ipso autem exprimendo contextu sola literarum forma a textu Hebraico discrepat, curaque in multis non multum diuersa ab ea, quam Iudei textui Hebraico tribuere solent, a suis cultoribus ad nostra usque tempora seruatus est. Quam ob rem in praecipuis diuinae prouidentiae documentis referri meretur, quod tam insigne sacrae V. T. criticae praefidium Kennicottus non frequentius mo-

do ad usus plurium et aptius reddiderit, sed adhibitis quoque, quoquot habere potuit, codicibus ostenderit, quomodo a crebris mendis, quibus huc usque deformatum fuerat ac deprauatum, purgari tuto possit. Mihi saltem, tomum alterum Kennicottiani operis nuper nacto, de eiusque usu ad iudicandam et emendandam lectionem textus Hebraici receptam cogitanti, superius dicta se tantopere approbarunt, ut nullus dubitarem explorandae tantae rei periculum facere, eamque ob caussam praeter loca Pentateuchi alia Geneseos potissimum caput XLIX dicto modo diligenter excutere, siue votis euentus responderet, conatum hunc publica scriptione eruditis examinandum tradere, atque committere. Absoluimus quoque laborem hunc successu tali, ut minime vereamur, a quoquam harum rerum perito improbatum iri nostram industriam, si hac ipsa, quae ab illo tempore se primum nobis ad scribendum offert, occasione de suscepit laboris cum vera indole, tum euentu quoque, et usu, nonnulla differamus, sepositis interim reliquis, quae ad illustrandum potius et confirmandum, quam ad explicandum institutum, facere videbuntur.

Existimauit autem in persequendo hoc negotio ita versandum esse: primo, ut ex codicibus Hebraicis, a Kennicotto collatis, non omnes, sed eae tantummodo varietates feligerentur, in quibus Samar. codices a lectione recepta discrepant; quia lectio recepta, *quam semper plerique Codd. Heb. confirmant*, cuius alii preferenda videbatur, si consentiret cum codicibus Samar. omnibus; secundo, ut his cum lectionibus versiones quoque antiquae, cum Hexaplares, tum etiam reliquae ex Polyglottis Angl. ne excepta quidem Samaritana, compararentur; quo tanto facilius ad iudicandum esset, quomodo Veteres Interpretes siue coeant cum ipsis lectionibus, siue ab iisdem discedant; tertio, ut ex laudatis lectionibus nulla, ne prauissima quidem, praetermitteretur; quia videbatur id facere plurimum ad explorandam ipsam codicum indolem, satisque constat, prauissimas quoque lectiones ab antiquis versionibus non alienas es-  
se,

se, quaerique, num et has Veteres Interpretates ex suis hauserint, et expresserint, codicibus; quarto, vt commemoratae lectiones, ex auctoritate codicum, et antiquarum versionum iudicandae, in tres classes redigerentur, probabiliorum, dubiarum, prauarum; quinto, vt reliquae etiam lectiones, a recepta Hebraica discrepantes, tam codicum Hebraicorum, quam dictarum Versionum, sub examen vocarentur, vt pateret, num in posterum quoque opus sit, in iudicanda lectione recepta, consentiente cum codicibus Samaritanis omnibus, illarum rationem habere. Quae vt partim melius intelligantur, partim appareat, quem euentum omnis hic conatus habuerit; dicendum nunc deinceps paullo fusius est, et accuratius, primo quidem *de numero et indole codicum Samaritanorum*, quos Kennicottus nuper cum Pentateucho Samaritano, in Polyglottis Waltonianis descripto, contulit; deinde *de consensu ut codicum Hebraicorum, ita et Veterum Interpretum cum illis; porro de lectionum oppido prauarum vsu; tum de receptae lectionis Hebraicae vera indole; post, quid lectiones Hebraicorum codicum, et antiquarum Versionum, reliquae ad receptam lectionem sue iudicandam, sue emendandam, portendant; denique, quomodo in ceteras quoque partes Pentateuchi, immo in libros Hebraicos omnes, similis, sed breuior, receptae lectionis castigatio rite et cum fructu suscipi possit.*

*Codices Hebraicos*, ex quibus Kennicottus in Genesin varias concessit lectiones vel leuissimas prauissimasque, curiosius examinare, iam nihil attinet; quia nos non ex singulis, sed ex omnibus, aut saltim ex pluribus, consensuque eorum cum Samaritanis codicibus, et antiquis Versionibus, receptam lectionem Hebraicam iudicamus. Monendi tamen lectores sunt, nullum quidem horum codicum valde antiquum esse, tribuitur enim antiquissimo eorum ab ipso Kennicotto aetas annorum circiter 800; multos tamen eos esse numero, nimurum 358, et admodum varios, vtpote manuscriptos alios, alios editos, alios, qui libros facros omnes, alios, qui vnam duntaxat alteramue eorum par-

◆◆◆◆◆

tem complectuntur, regionum quoque ac gentium, ad quas singuli pertinuerunt, diuersitate valde insigues, lectionibusque a se inuicem tantopere diserepantes, vt ne vnuis quidem cum altero constanter consentiat, plures denique ac potiores eorum, quos omnes bibliothecae inclutae non Christianorum modo, verum et Iudaeorum, continuerunt, et in his non paucos, qui codicibus Samaritanis non minus, quam antiquis Versionibus, frequentius, quam sperari poterat, accurate respondent, vt proinde recepta lectio magnae auctoritatis videatur, si cum tot tamque variis insignibusque consentiat codicibus. Patet quoque ex ipsa collatione Kennicottiana, Geneseos caput XLIX inde saltim a tertio commate vsque ad viceimum octauum ad loca selecta pertinere, ad quae excusci sunt a Kennicotto eiusque sociis et amicis laudati codices omnes. Sed de his codicibus, vt iam dixi, accuratius exponere iam nihil attinet. Maioris ad institutum momenti est, paullo proprius intueri *codicum Samaritanorum*, quos Kennicottus descripsit, indolem, cum propter paucitatem, tum in primis properea, quod eos existimamus normam veluti esse, ad quam recepta lectio Hebraica examinanda sit. Peruestigavit autem Kennicottus ad Genesin codices Samaritanos in vniuersum octodecim, vnde decim per totum contextum, reliquos duntaxat in locis selectis. Illi numeris ab eodem 61, 62, 63, 64, 65, 66, 127, 183, 197, 221, 263, hi numeris 299, 333, 334, 364, 503, 504, 670 insigniuntur. Codices 61, 62, 63, 64, et 127, Vfferiani sunt, 65 et 66 Anglicani reliqui; codices porro 221, 333, 334, 363, et 364, Parisenses sunt, 503 et 504 Romani, 183 Leidenfis, 197 Mediolanensis. Reliqui duo, 299 et 670, solas complectuntur lectio-nes varias, ex codicibus Samaritanis ab aliis congestas. Harum priores Hottingerus olim ex codice 183 Leidenfi, et Vfferiano sexto, ad Lud. de Dieu transmesso, sed nunc latente penitus, Bi bliis suis Hebraicis Hannouiensibus adscriperat; posteriores autem eaedem sunt, quas Ioannes Morinus in Opusculis Hebraeo-Samari-

Samaritanis olim edidit. Vfferiani omnes in *Palæstina* coemti sunt; codices tres alii 183, 333, et 363. *Damasci*, duo alii 65 et 197, *Sicemi*, comparati sunt ab ipsis Samaritis. Vnde reliqui sunt in Europam aduecti, non constat, quamuis hoc certum sit, omnes olim ad orientem pertinuisse. Codex vnuſ, 66, in *forma plagarum viceſima quarta*, duo, 65 et 197 in *duodecima*, ſex 62, 63, 64, 127, 221, et 334 in *quarta*, quinque, 61, 183, 333, 503, 504, et procul dubio quoque 363, in *forma maxima* deſcripti ſunt. *Seculi decimi* perhibentur eſſe duo, 197 et 334; ſeculi *undecimi* vnuſ 363; *duodecimi* vnuſ 66; *decimi tertii* quatuor, 61, 62, 65, 504; *decimi quarti* quinque, 63, 127, 221, 364, 503; *decimi quinti* vnuſ 64; *decimi sexti* iterum vnuſ 333. Omnes ſunt ad Genel. XLIX. *integri*, et a prima manu, exceptis duobus, uno quidem 62, cui deſunt quinque laudati capitii priora commata, altero autem 197, qui habet eiusdem capitii poſtremia, inde a commate 25, a manu recentiori. Mirum eſt, codices in locis ſelectis a Kennicotto collatos, raro in variis huius capitii lectionibus laudari. Excitantur enim 299 et 504, ſinguli duntaxat ſemel, codex 503 bis, 334 quinque; codices autem 333, et 364, ne ſemel quidem; quod, ſi in conſerendo nihil neglectum fuerit, magnum horum codicum cum teſtu Samaritano, in Polyglottis Anglicanis expreſſo, conſenſum doceat. Mira quoque eſt reliqua codicum Samaritanorum nunc paucorum, nunc plurium, mutua conſenſio. Sic com. 2. legitur in 61, et 64 לְיִשְׂרָאֵל, in reliquis אל יִשְׂרָאֵל; com. 7. legitur in 62, et 503, וּבְרַתָּם, in reliquis omnibus וּחֲבָרָתָם; com. 8. legitur in 61, et 66, יְהֹדָךְ pro יְהֹדָךְ, quomodo habent codices reliqui; ibid. in nouem Codd. 61, 62, 63, 64, 65, 66, 127, 183, 197, legitur וּוְשָׁחָחוּ, in reliquis וּוְשָׁחָחוּ; com. 9. octo Codd. 62, 64, 65, 66, 127, 197, 221, 334, habent גּוֹר, reliqui גּוֹר; com. 10. octo Codd. 61, 63, 64, 65, 127, 183, 503, 504, et forte 221, legunt וּקְחָתוּ cum Cheth, reliqui וּקְחָתוּ eum He; com. 15. legitur in 61, 62, 63, 64, 183, לְטוּם, in reliquis לְטוּם; com. 17. legitur in 61, 65, 66, שְׁלָמָה pro

pro שְׁלֵי, quod habent codices reliqui; com. 19. legitur in vnde-  
cim codd. 61, 62, 63, 64, 65, 66, 127, 197, 221, 334, 363,  
והוא, in reliquis; com. 20. legitur in septem codd. 62, 63,  
64, 65, 127, 183, 334, מעדני, in reliquis; c. 21. legi-  
tur in sex codd. 61, 62, 64, 66, 127, 197, שופר, in reliquis שופר;  
com. 24. legitur in 65 et 127, זרעו, in reliquis; ibid. le-  
gitur in octo codd. 62, 63, 64, 65, 66, 127, 183, 197, רעה pro רעה,  
quomodo habetur in codd. reliquis; com. 25. legitur in 62 et 127,  
אל pro ואל, quod est in reliquis. ib. legitur in 63, 64, 127, 183,  
ויברכך, in reliquis. Nullus tamen horum codicum cum altero  
in omnibus consentit. Vnde tuto colligitur, nullum quidem horum co-  
dicum ex altero descriptum esse, multos tamen ex communibus fluxisse fon-  
tibus nondum cognitis. Itamo fontes omnes horum codicum, quantum-  
uis diuersi, ducti tamen sint necesse est ex communi fonte alio, minus puro,  
et adulterato. Conueniunt enim omnes in lectionibus partim con-  
fulto mutatis, v. c. com. 27; partim manifesto  
mendosis, quo pertinet hoc vno ex capite com. 7. אדור pro אדור;  
com. 10. רגלו pro יקחתו et יקחתו pro דגליו; com. 11.  
גרם pro גרים; אחים pro אחים; com. 14. אסרו pro אסורי. Pa-  
tet itaque ex his 1) codices Samaritanos, a Kennicotto collatos, non  
lectionibus modo, verum etiam forma, aetate, et ipsis gentibus,  
ad quas pertinuerunt, tam diuersos esse, ut lectio ea, in qua conve-  
niunt omnes, iure meritoque habeatur pro communi recentiorum Samari-  
tarum omnium; 2) subinde tamen lectionem haec mendosam, et adultera-  
tam, esse.

Quaeritur autem, quam aetatem habeat et autoritatem commu-  
nis haec recentiorum codicum Samaritanorum lectio? Quae quidem  
quaestio videtur ad soluendum non difficilis, si laudati codices  
partim cum versione Samaritana, in Polyglottis Anglicanis expresa,  
partim cum versione LXX Int. partim denique cum codicibus He-  
branicis conferantur. Constat enim ex argumentis, olim a Frider.  
Imman. Schwarzio, nunc Lipsiensi Theologo Celeber, in Exerci-  
tationi-

tationibus historico-criticis in utrumque Pentateuchum Samaritanum, propositis, commemoratam versionem Samarit. eandem esse, quae nomine τὸ Σαμαρείτης frequenter laudatur in antiquis scholiis Hexaplaribus, ac proinde videri ipsam Origenis aetatem superare. Probavit quoque Celeb. Hassencampius in Commentatione Philologico-Critica de Pentateucho LXX Interpretum graeco, non ex Hebraico, sed Samaritano textu, conuerso, versioni LXX Int. cum codicibus Samaritanis tantam intercedere affinitatem, ut pene certum sit, ex Samaritanis eam potius quam Hebraicis codicibus fluxisse. Consensus autem codicum Samaritanorum cum Hebraicis non facile potest tutius, quam ex fontibus deriuari, qui iam ante LXX Int. aetatem, immo ante ortum illud, de quo supra iam diximus, inter Iudeos et Samaritas implacabile odium, utriusque genti communes fuerunt. *Lectio* itaque recentiorum codicum Samaritanorum, ab interprete Samaritano expressa, non potest non *valde antiqua* esse; *antiquior* tamen est, quam iam exhibuit LXX Int. versio; *antiquissima* autem omnium merito censetur ea, quam seruant codices Hebraici vel paucissimi. De versione Samaritana eiusque cum codicibus Samaritanis consensu ad Genes. XLIX. sequentia obseruauimus. 1) *Lectio* huius versionis *crebro vitiosa* est, adeo, ut minime quidem semper, saepe tamen emendari possit ex solo contexto et linguae vsu, ne codicibus quidem in subsidium adhibitis. Sic v. c. com. 1. legitur וְחַפֵּי pro וְאַחֲרֵי, quod Samaritanis idem est, quod Chaldaeorum זְאַחֲרֵי com. 2. legitur pro וְשָׁמֵעַ וְשָׁמֵעַ, ut mox sequitur eodem comitate; com. 3. legitur זְבָנִי, quod quomodo voci respondere possit, equidem non video; com. 4. legitur לֹא הָתַר pro לְהַתֵּר, procu dubio pro יְצָוָה ex sola literarum transpositione; *ibid.* legitur רְמָתָה, quod quomodo idem esse possit, quod שְׁלָה, ego iterum non capio; com. 11. legitur וְלִרְיָה pro וְלִשְׁרוֹקָה; *ibid.* legitur רְחֵץ pro רְחֵץ, potest enim in codicibus Samaritanis litera ר cum nulla alia facilius confundi, quam cum

B

Iud;

Iud; com. 13. legitur **אָזְפִּינָאָן**, forsan pro חַטָּאָר, literae enim quiescibiles a librariis Samaritanis frequenter inuicem miscentur; com. 17. legitur הַיּוֹדֵה pro עַלְבִּי, qua vitiosa lectione ipse Castellus deceptus in Lexico Heptaglotto nouum finxit vocabulum, quod **aspidem** significet; ibid. legitur **אַחֲרִיה** pro הַחֲרִיה; com. 22. legitur **עַלְיָה** pro עַלְבִּי; ibid. legitur **צָעוֹלִי** pro לְשִׁצְיָה transpositis literis, et hoc pro mutato לְ ר; com. 25. legitur **מַעְיָאל**, hancque lectionem non sanam esse, fatetur Castellus ipse ad radicem **עַוְלָה**. 2) *Latina versionis Samaritanae conuersio, Polyglottis Anglicanis inserta, saepe peccat.* Sic v. c. com. 7. משבח redditur gloriatus pro laudatus, est enim Participium non actuum, sed passuum coniugationis Pael, vt com. 29. vbi **מִכְנָשׁ** habetur, quo non congregans, sed congregatus, significatur; com. 15. vertitur **לְאַרְוִסְ** פָּרָנָס pastor, pro in tributum serui, bene docente Castello ad radices **אַרְסָה** et **פָּרָן**; com. 18. explicantur verba hoc modo: **contemtor** contemnet, sed ipse contemnet, quum tamen sensus sit: agmen impugnabit eum, sed ipse impugnabit etc. recte docente eodem Castello ad **בָּסֶר**; com. 23. redditur **מַחְסָנִי** magistri, quod vocabulum tamen Hebraico **בָּעַלְיָה** plane respondit; com. 27. vertitur **סָעָדִי** per coniuicium, pro **עַזְקֵה**, nam Samaritanis idem est, quod Hebraeorum **עַד**, vid. v. c. com. 26. hinc iisdem idem est, quod Hebraeorum **עַדְיִ**, quod omnes habent Samaritani codices, et ex his LXX. Int. qui ad verbum reddiderunt ἔτι. 3) *Samaritana versio* a) raro quidem, attamen interdum, a lectioне omnium recentiorum Samaritanorum codicum discedit. Sic v. c. com. 15. habet **נְעַמָּה** שְׁמִינִי pro **שְׁמִינִי**, quod seruant Samaritani codices omnes; com. 21. reddit **פְּרָקָן** redemptionem pro **שְׁבָר**, quod in multis, vel **שְׁופָר**, quod in aliis legitur Samaritanis codicibus, procul dubio, quia interpres vitiose in suo codice legit כְּפָר aut כְּפָר; com. 22. fine sensu vertit **סָלָק** pro **עַלְיָה**, quod omnes habent Samar. codices, legit enim interpres in suo codice **עַלְהָ**, quae literarum confusio in Codici-

Codicibus Samaritanis valde frequens est, b) in reliquis congruit quidem Samarit. versio nunc cum omnibus supra descriptis codicibus tam accurate, ut adulteratam lectionem בְּנִימֵי non magis, quam ipsa superius castigata sex vitia ad verbum seruet et exprimat, <sup>a)</sup> nunc cum non-nullis tantum, idque interdum satis insolenter <sup>b)</sup>; constanter autem cum nullo facit. <sup>c)</sup> 4) Ex dictis planum est, fluxisse quidem Samaritanam versionem, Polyglottis Anglicanis insertam, ex codice, ab omnibus hodiernis diuerso, consentiente tamen cum iisdem plane insignerit. Quae res tanti ad iudicandam hodiernam lectionem Samaritanam momenti est, ut procul dubio rem eruditis perutilem praestiturus eset, si quis harum literarum peritus praestantissimum hoc antiquitatis monumentum ad usus plurium literis Hebraicis, sed purius, nisi per omnia, attamen quoad manifesta vitia, et emendatius descriptum, meliusque latine versum, seorsim in lucem ederet. Pergamus nunc ad *LXX Interpretes*, de eorum cum hodiernis codicibus Samaritanis consensu ad Genes. XLIX. eadem cura ac diligentia exposituri. Est autem de ea re paucis sic tenendum. I) Laudati *Interpretes lectionem, hodiernis codicibus Sam. commu-*

## B 2

nem

<sup>a)</sup> Habet enim *com. 7.* *laudatus*, pro אָזֶר משבח, *com. 10.* טריך ordinibus tuis, pro אָזֶר; *ib.* דגלו יונדרון adducentur, pro יקחו; *com. 11.* זינתי, pro אָסְרוֹי; *ib.* roboris eius, pro אַרְחָנוּ; *com. 14.* עקומה peregrini, pro גְּרָיִם; *com. 27.* בְּנִימֵי.

<sup>b)</sup> Sic *com. 6.* prauissimam lectionem unius codicis חֲבָה volet, pro חֲבָה veniet, vertit; *com. 7.* genuinam lectionem וְשָׁבָת reddit, quam seruant duo duntaxat Samar. codices; *com. 17.* trium codicum lectionem שְׁלָמָה interpretatur, pro genuina טַל, quam ruentur omnes codices reliqui; *com. 20.* iterum sequitur codices eos, qui recte legunt מְשֻׁרֵר, pro קָאוּ in septem aliis sine sensu habetur מְשֻׁרֵר; *com. 24.* unius codicis lectionem prauissimam pro וְשָׁמָן exprimit; *ibid.* pro רְשָׁה pluralem reddit, quem habent octo codices; *com. 25.* duorum codicum lectionem לְאַל interpretatur.

<sup>c)</sup> Vid. *de codice 61.* *com. 1, 8, 28.* *de cod. 62.* *com. 7, 8, 20.* *de cod. 63.* *com. 8, 20, 21.* *de cod. 64.* *com. 7, 8, 11, 13, 20.* *de cod. 65.* *com. 20, 25.* *de cod. 66.* *com. 8, 17.* *de cod. 127.* *com. 5, 8, 20, 29.* *de cod. 183.* *com. 8, 20.* *de cod. 197.* *com. 8.* *de cod. 221.* *com. 13.* *de cod. 295.* *com. 27.* *de cod. 334.* *com. 20.* *de cod. 363.* *com. 13.* *de cod. 503.* *com. 7.* *de cod. Polyglottorum,* *com. 8, 9, 19, 24.*

nem et propriam, hoc uno in capite decies exprimunt, nimisrum com. 4. ייחר בחזון pro Hebraico; com. 5. כלו pro Hebr.; com. 6. pro Hebr. החר בסותו; com. 8. יזרק pro Hebr.; com. 11. pro Hebr. סותו; com. 22. בנות pro Hebr. ibid. צערדה pro Hebr. com. 6. אביר ואמרך pro Hebr.; com. 27. עד pro Hebr. com. 33. עמו pro Hebr. 2) Reddunt quoque lectionem eam, quae solennior est codicibus Samaritanis quam Hebraicis. Huc pertinet com. 6. ובקהלים quod habent Sam. omnes excepto uno, et duodecim Hebraici, pro בקהלים com. 10. שלה quod habent Sam. omnes et 26 Hebraici, pro שילה com. 13. עד quod habent Samar. omnes, excepto uno, et sex Hebraici, pro על; com. 21. שלוחה quod habent Sam. omnes, excepto uno, et duodecim Hebraici, pro שלחה com. 25. ואל quod habent Sam. omnes, et duo Hebr. pro ואה; com. 26. והורי quod habent Sam. omnes, et octo Hebraici, pro com. 28. איש quod habent Sam. omnes et duo Hebr. pro שמה com. 31. וqwosם quod habent Sam. omnes et duo Hebraici, pro absque Vau Praefixo. 3) Raro lectionem exhibent quorundam codicum Samaritanorum singularem, v. c. אל com. 25. quod habent duo Sam. codices pro ואל, quod est in reliquis. 4) Carent autem omnibus codicium Samaritanorum communibus lectionibus manifesto prauis et adulteratis, congruuntque in his cum genuina lectione Hebr. Reddunt enim com. 7. דגלו non, רגלו non, אדרור non; com. 10. יקהת non, דגלו non; com. 11. אסורי non, יקחתו non, אדרור non, אחנו aut; com. 12. גרים non, גרים non; com. 14. בנימין non, בנימין non; com. 27. איתנו non, איתנו non. 5) Interdum carent quoque lectione Sam. codicum communi ea, quae non mendosa est, et faciunt cum lectione Hebr. recepta. Sic reddunt com. 6. כבדי, pro כבדי, quod omnes habent Sam. codices, et 18 Hebraici. et com. 14. חמץ, חמר, quod tamen in eorum codice חמץ scriptum fuit, pro חמוץ, quod habent omnes Sam. codices, exceptis duobus, et 18 Hebraici. 6) Rarissime exprimunt lectionem singularem quorundam codicum Hebr. v. c. שמה com. 31. quod tres tantummodo habent codices Hebr. pro שמה, quod est in reliquis tam Hebraicis, quam Samia-

Samaritanis. 7) Ex his facile ad intelligendum est: a) *LXX Interpretates, in exaranda Pentateuchi versione, eiusmodi usos esse codicibus, qui hodiernam Samaritanam potius, quam Hebraicam lectionem exprimerent;* b) *Fuisse tamen eorum codices in multis diuersos ab hodiernis Samaritanis omnibus, hisque longe castiores;* c) *Dici quidem non posse, num communis hodiernorum codicum Samarit. lectio, quae, docente Samaritano interprete supra descripto, Origenis saltem aetatem superat, superior quoque fuerit LXX Interpretum temporibus; certum tamen esse, eam, propter maiorem et certiorem LXX Interpretum auctoritatem, nullius ponderis esse, si manifesto deseratur ab horum Interp. versione, consentiente cum codicibus Hebraicis.* De reliquis antiquis Pentateuchi interpretibus iam non agam, quamvis indagandae eorum indoli non minorem curam impenderim. Euentus enim docuit, horum interpretum lectiones longe minoris ad institutum momenti esse, quam Samaritani aut LXX Interpretum. Syrus enim manifesto in plerisque LXX sequitur Interpretates, Onkelos autem παραφεγγει. Vulgatus nimis inconstans, Arabs vero nimis recens est; Aquilae denique Symmachi et Theodotionis non nisi pauca supersunt. Missis itaque minoris ponderis obseruationibus, reliqua, quae grauiora sunt, et proposito instituto magis propria, persequamur nunc tanto diligentius. Quaeritur nimirum tertio, *num et quomodo codicibus Hebraicis cum lectione codicum Samaritanorum hodierna conueniat.* Qua de re quae dicenda habemus, ad capita commode referri possunt sequentia. 1) *Hodierni codices Samar. Geneseos XLIX. a recepta lectione Hebraica, quam fere ubiuis plerique tuentur codices Hebraici, centum et viginti quinque vicibus discrepant, nunc singuli, nunc bini, nunc plures, nunc plerique, nunc denique omnes. Singuli discrepant quadraginta sex vicibus, bini quinques, plures quatuordecies, plerique decies, omnes denique quinquagies.* 2) *Ex quinquaginta lectionibus, in quibus omnes codices Samarit. a recepta lectione Hebraica abhorrent, viginti octo tantum sunt, solis codicibus Samaritanis veluti propria<sup>d)</sup>;* reliquae habentur quoque in co-

B 3

dicibus

<sup>d)</sup> Locor. descript. iam omittimus breuitatis studio, dabimus autem tempore alio.

dicibus Hebraicis, nunc vno, nunc duobus, nunc tribus, nunc pluribus, nulla vero in plerisque. <sup>e)</sup> 3) *Ex decem lectionibus*, quae in plerisque codicibus Sam. aliter habent, ac fert recepta lectio Hebr. *quinque* pertinent ad solos codices Samaritanos <sup>f)</sup>; *reliquae* seruantur quoque ab Hebraicis, nunc sex, nunc pluribus, nulla vero a plerisque. <sup>g)</sup> 4) *Ex quatuordecim lectionibus*, in tribus pluribusque Samaritanis codicibus a recepta lectione alienis, *septem sunt*, quas sibi quoque vindicant codices Hebraici, nunc vnu, nunc duo, nunc plures, nullam vero plerique. <sup>h)</sup> 5) *Ex quinque lectionibus* binorum codicum Samaritanorum, a recepta lectione deflectentibus, confirmatur duntaxat *vna* a decem codicibus Hebraicis. <sup>i)</sup> 6) *Ex quadraginta sex lectionibus* singulorum Samarit. codicum, receptam lectioem deferentibus, occurunt non nisi sex in codicibus Hebraicis, *tres* in singulis <sup>k)</sup>, *duae* in binis <sup>l)</sup>, et *vna* in quatuor. <sup>m)</sup> 7) *Interdum vnu Samaritanus non a reliquis modo Samaritanis discedit*, verum etiam ab Hebraicis omnibus. <sup>n)</sup> 8) *Saepe Samaritani omnes cum omnibus consentiunt Hebraicis.* <sup>o)</sup> 9) *Interdum multi Samaritani cum omnibus faciunt Hebraicis.* <sup>p)</sup> 10) *Interdum vnu Samaritanus lectioem seruat codicum Hebraicorum omnium.* <sup>q)</sup> 11) *Interdum vnu aut duo Samaritani receptam tuentur lectioem Hebraicam,* <sup>r)</sup> quae fere semper est, vt iam

<sup>e)</sup> Haec loca etiam describemus tempore alio. <sup>f)</sup> *com. 7.* וְחַבְרָתִים pro *חוּבְרָתִים*; *com. 19.* יִגְוֹרֶב pro *יגורב*; *ib. 27.* עֲדֵי pro *עדוי*; *com. 25.* בְּנֵי pro *בני*; *com. 27.* עֲדֵי pro *עדוי*.

<sup>g)</sup> *com. 6.* וְבְקָלָט cum Vau praefixo, sicque in 15. Hebraicis; *com. 13.* עֲדֵי pro *עדוי*, sicque in 6. Hebr. *com. 14.* תְּמֻולָּה cum Vau med. sicque in 18. *com. 21.* שְׁלֹחָה cum Vau med. sicque in 12. *com. 19.* אַלְיוֹנָה cum Iod. med. sicque in 12. Hebr.

<sup>h)</sup> *com. 6.* חֲבוֹא cum Vau med. sicque in vnu Hebr. *com. 8.* וַיְשַׁחַד cum Vau praefixo, sicque in sex Hebr. *com. 10.* וְמַחְקָקָה cum Vau med. sicque in 5. *ib. 19.* נְמַפְּרָת pro יְקָהָת, sicque in vnu. *com. 11.* לְשִׁירִיקָה cum Iod. med. sicque in 2. *com. 24.* רְעֵתָה, sicque in 2. *com. 29.* אַבְתָּוָה cum Vau med. sicque in vnu.

<sup>i)</sup> *com. 13.* צִירָן pro צִירָן. <sup>k)</sup> *com. 1.* אַחֲרָן quod plane deest; *com. 17.* אַחֲרָן pro אַחֲרָן; *com. 29.* אַבְתָּוָה, quae iterum defunt. <sup>l)</sup> *com. 19.* יִגְרִין cum Iod ante Nun. *com. 24.* אַמְשָׁם cum Vau praefixo. <sup>m)</sup> *com. 19.* יִגְרָנָה pro גִּרְנָה.

<sup>n)</sup> Sic *com. 20.* הוּא pro הוּא. <sup>o)</sup> Hoc vnu in capite 240. vicibus. <sup>p)</sup> Sic *com. 19.* in undecim Samar. legitur הוּא pro quo reliqui habent הוּא. <sup>q)</sup> Sic *com. 25.* leg. in vnu Sam. נְעָל, in reliquis מְעָל. <sup>r)</sup> Sic *com. 19.* יִגְרָד pro גִּרְד.

iam diximus, codicum plurimorum. 12) Ex his videtur sequi:  
 a) Collationem codicum, a Kennicotto editam, non Hebraicorum tantum, sed Samaritanorum quoque, cum recepta lectione Hebraica magni esse pretii. Docet enim illa, confirmari lectionem Samaritanam, a recepta Hebraica alienam, in locis huius vnius capitinis quadraginta et uno a codicibus Hebraicis, et vice versa lectionem receptam Hebraicam comprobari in locis plerisque, cum a plerisque codicibus Hebraicis, tum quoque a Samaritanis, nunc singulis, nunc pluribus, nunc quoque, idque in lectionibus huius ipsius tam variis capitinis bis centum et quadraginta, ab omnibus. b) *Lectio*nēs, potissimum raras, codicum Samaritanorum, vel singulorum, merito habendas esse pro valde antiquis, si occurrant quoque in Hebraicis; c) abhorret enim ab omni fide, horum codicum alterutrum ex altero ductum aut interpolatum esse, estque longe probabilius, tam raras lectio-nes, si vel vitiosae fuerint, ex communi potius fonte, licet per historiam antiquissimo, quam solo casu ortas esse in pluribus tam diuersis codicibus. e) Consensum codicum Samaritanorum omnium cum Hebraicis omnibus ponderis esse maximi; maior enim consensus in praesentia ne cogitari quidem potest. d) Consensum codicum Sam. omnium cum plerisque Hebraicis, f) aut omnium Hebraicorum cum Samaritanis plerisque, g) non minoris esse ponderis; nam pauci alterutrius generis codices nihil valent aduersus tantum numerum generis vtriusque, etiamsi varians lectio facilior sit communi, et concin-nior. e) Consensum codicum Sam. omnium aut plerorumque cum nonnullis Hebraicis esse quidem alicuius ponderis, h) maioris tamen esse consensum codicum Hebraicor. omniam aut plerorumque cum Samaritanis nonnullis i); causa

- s) Sic v. c. com. 24. deest אַבְנָת in uno Hebr. et Sam. et com. 29. legitur יְמִשֵּׁם in uno Sam. et duobus Hebr. t) Hoc probe tenendum est in differen-  
tu LXX, et aliorum Interpr. a communi codicum lectione frequenter obuio.  
 u) Sic. v. c. com. 13. verba וְהִיא אֲבֹנָת in uno Hebr. absunt sensu optimo.  
 v) Sic v. c. com. 20. in uno Sam. legitur וְהִיא pro וְהִיא sensu perquam commodo.  
 x) v. c. שְׁלָת com. 10 pro לְבִיאָה. et com. 25. וְאַל pro וְהִיא.  
 y) v. c. מַעַל com. 25. pro מַעַל quod est in plerisque Samar. aut בְּקָרְלָמָן com. 6.  
 pro בְּקָרְלָמָן, quod habent Samaritani omnes excepto uno.

causa est partim in maiori numero codicum Hebraicorum, partim in maiori cura, quam recepta potissimum lectio a Iudeis experta est, teste historia.  
 f) Consensum vel unius codicis Samaritani cum omnibus aut plerisque Hebraicis magnum quidem pondus habere, longe minus autem nonnullorum cum nonnullis; z) causa eadem est. g) In diffensu codicum Samar. omnium ab omnibus Hebraicis, Samaritana lectio interdum manifesto prava est, a) interdum plane genuina videtur, b) interdum aequalis habenda est Hebraicae, c) interdum autem eidem postponenda. d) Ad has igitur iudicandas lectiones magnam habet ipsius lectionis bonitas. h) In diffensu codicum Sam. plerorumque ab omnibus Hebraicis magni ponderis est lectio Samaritana ea, quae Hebraicis respondet codicibus; in diffensu autem nonnullorum a nonnullis ea superior habenda est, quae cum recepta congruit f); causa iterum posita est in maiore numero codicum incorruptissimorum.

Sed praescripti huius libelli limites iubent nos vel inuitos hic subsistere, et persequenda reliqua differre in tempus aliud. Est enim destinata haec scriptiuncula indicendae orationi solemini, qua in memoriam reuocandum debitisque laudibus prosequendum est insigne beneficium, quod MARPERGERIANVM dicitur, cuius liberali collatione non minus, quam multis aliis benignis legatis piisque institutis, B. CHRISTIANA MARIA VATERIA, e gente MARPERGERIA, de nostra Academia prorsus eximie promeruit. Oratoris officio fungetur Vir Praecellentissimus, et Plurimum Reuereindus, Ioannes Gottlieb Drasdo, Philosophiae et Bonarum Artium Magister, Ordinis Philosophici Adjunctus Ordinarius, Theologiae Baccalaureus, et Academiae Bibliothecarius, qui adhuc beneficio Marpergeriano vlus est meritissimo, vtpote ia omni bonarum literarum genere exquisita eruditione ornatus, dicetque docte et eleganter *de Melanthonis meritis in interpretandis scripturis sacris*. Quam orationem solemneum ut PROCERES ACADEMIAE ET VRBIS Ciuesque Academiae Generosissimi et Nobilissimi frequentia sua exornare velint, publico nomine rogamus. P. P. Dom. Rogate, CIC:CCCLXXXIII.

z) v. c. com. 10. וְחַזְקָק cum Vau medio, quod habent quatuor Samaritani, et quinque Hebraici, aut com. 11. וְשִׁירֶה cum Iod medio, quomodo legunt tres Samar. et duo Hebraici. a) Vid. exempla in superioribus.

b) v. c. com. 11. כְּתֹבְרֵה; com. 15. כְּתֹבְרֵה; com. 20. שְׁמָנָה, pro שְׁמָנָה et com. 25. יְאֵל pro יְאֵל.

c) v. c. com. 33. יְהִי pro יְהִי; et com. 17. טְמֵן pro טְמֵן; et com. 31. שְׁמָה pro שְׁמָה.

d) v. c. com. 12. חֲלִילֵה pro בְּנִימִין; aut com. 27. חֲלִילֵה pro בְּנִימִין.

e) v. c. com. 7. quod seruant duo solum codices Samar.

f) v. c. יְשַׁחַד com. 8. pro quo in nonnullis Sam. et Hebr. יְשַׁחַד





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn82379380X/phys\\_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82379380X/phys_0024)

DFG









[http://purl.uni-rostock.de  
rosdok/ppn82379380X/phys\\_0028](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82379380X/phys_0028)



stur. Ille e N. T. quaedam attulit loca. Nec  
potio vocabulorum τε οὐς τε αὐθεωπες de Christo  
sibique familiarissima, quod Pharisei eum fili-  
profitebantur. Reliquum est, vt pauca dicam ad  
viam tum verbi αιων Xenophonti κυριε παιδεια lib.  
τη temporis vitae visitati: καλλιον καη ηδιον τον αιωνα  
n familiaris Iudeorum loquendi rationis 8τε εν  
τε εν τω μελλοντι, quam Marcus loco citato per 8η  
σ τον αιωνα αλλ ενοχος 85ιν αιωνις ηριστεως interpretatur.  
libris Sacris non infrequentem etiam exprimunt  
nas graues dabit. Itaque difficile est dictu, Chri-  
tianionem Iudeorum tetigisse, se partem in altera  
uant, habituros. Varias significationes vocum  
αιων μελλων, Ebraeorum עולם הזה atque  
n, enumerat Meuschenii N. T. e Talm. illust. &  
comment. in Ep. Pauli ad Eph. exc. 1. Totum  
transfero: si quis hominibus probra obiicit, faci-  
habitetur illi: at qui in signa diuina maledicita dicit,  
impune faciet; quod in exemplo Pharaonis cerni



Patch Reference Chart TE63 Serial No. 011  
Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 011